genueritq; ex ea liberos. & fuerit
filius odiosę primogenitus. uolue
ritq; substantiam inter filios su
os diuidere. non poterit filium di
lectę facere primogenitum & prę
ferre filio odiosę; Sed filium odi
osę agnoscet primogenitum.
dabitq; ei de his quae habuerit
cuncta duplicia. iste est enim prin
cipium liberorum eius & huic de
bentur primogenita; Si genue
rit homo filium contumacem & su
perbum. qui non audiat patris
aut matris imperium. & coher
citus oboedire contempserit. apprę
hendent eum & ducent ad senio
res ciuitatis illius. & ad portam
iudicii. dicentq; ad eos; Filius
noster iste proteruus & contu
max est. monita nostra audire
contemnit. comessationibus uacat
& luxuriis atq; conuiuiis; Lapi
dibus eum obruet populus ciuita
tis & morietur. ut auferatis ma
lum de medio uestri. & uniuer
sus isrl audiens pertimescat;
XXI 22 Quando peccauerit homo quod
morte plectendum est. & adiu
catus morti appensus fuerit in
patibulo. non permanebit cada
uer eius in ligno. sed in eadem
die sepelietur; Quia maledic
tus a dō est qui pendet in ligno.
& nequaquam contaminabis ter
ram tuam. quam dns ds tuus dederit
tibi in possessionem; Non uidebis
bouem fratris tui aut ouem erran
tem & prçteribis. sed reduces fratri
tuo. & si non est propinquus tuus
frater. nec nosti eum. duces in domum
tuam & erunt apud te. quamdiu
quęrat ea frater tuus & recipiat.
Similiter facies de asino. de uestimen
to. & de omni re fratris tui quę peri
erit. si inueneris [illegible] ne neglegas
quasi alienam; Si [illegible]is asinum fra
tris tui aut bouem cecidisse in uia.
non despicies sed subleuabis cum eo;
Non induetur mulier ueste uirili.
nec uir utetur ueste feminea. abo
minabilis enim apud dnm est qui
haec facit; Si ambulans per uiam.
in arbore uel in terra nidum auis
inueneris. & matrem pullis uel
ouis desuper incubantem. non tene
bis eam cum filiis. sed abire patiens
captos tenens filios. ut bene sit tibi
& longo uiuas tempore; Cum ędifica
ueris domum nouam. facies murum tecti per
circuitum. ne effundatur sanguis
in domo tua & sis reus labente alio
& in preceps ruente; Non seres
uineam tuam altero semine. ne
& sementis quam seuisti & quae
nascuntur ex uinea. pariter sci
ficentur; Non arabis in boue simul
& asino; Non indueris uestimento
quod ex lana linoq; contextum est;
Funiculos in fimbriis facies per quat
tuor angulos pallii tui quo operiris;